



Scripta publica
Academiae Lipsiensis
1612 - 1690.

[Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page]

Inhalts-Verzeichniss.

1612.	Aug.	Progr. Rectoris Academi. Lipsiens.	42.
1614.	Aug.	Progr. Decani Collegii Theologici Lips.	20.
1617.	Nov.	Progr. Decani Senioris et Collegii facultat. Theolog.	79.
1619.		Progr. Georgii Ernesti, Domini à Schönburg, Rectoris.	1.
1611	Jan.	Progr. Decani Communitatis studii	73
	März	" " " "	74.
1624.	Jan.	Progr. Jacobi, ducis Curlandica, Rectoris.	52.
	"	Progr. Decani Communitatis studii.	75.
1625.	Juli.	Progr. Rectoris Acad. Lips.	31.
	Sept.	" " " "	27.
	"	" " " "	44.
1626.	März	" " " "	41.
1627.	Mai.	" " " "	53.
	Sept.	" " " "	48.
	"	" " " "	51.
	April.	" " " "	47.
	Jan.	Progr. Decani Communitatis studii	11.
	Juli.	Progr. Procancelarii, nec non Ordinarii, Senioris et reliq. Doct. in facult. Jurid.	10.
1628.	Jan.	Progr. Rectoris Acad. Lips.	63.
	Juni.	" " " "	60.
	Febr.	" " " "	50.
	Juni.	" " " "	61.
	"	" " " "	5.
	Dec.	" " " "	45.
	März	Progr. Decani Communitatis studii.	70.

1629.	Febr.	Progr. Rectoris Acad. Lips.	38.
"	März		23.
"	Juni	Progr. Janussi Iudicial, Rectoris.	43.
"	März	Progr. Decani facult. Theolog.	41.
"	Mai	Progr. Janussi Iudicial, Rectoris.	39.
"	Juni	"	40.
"	Aug.	"	22.
"	Sept.	"	25.
"	"	"	49.
"	Oct.	"	32.
"	"	"	34.
"	"	Progr. Rectoris Acad. Lips.	27.
"	Dec.	"	33.
1630.	Mai	"	26.
"	"	"	46.
"	Sept.	"	54.
"	Dec.	"	2.
"	Mai	Progr. Cunradi Savari Hallens.	18.
"	"	Progr. Decani Communitatis studii.	16.
"	Juni	Decretum Collegii Medici Acad. Lips.	15.
"	Jan.	Progr. Decani Communitatis studii	12.
"	März	Progr. Decani philis. facult.	69.
1631.	Apr.	Progr. Rectoris Acad. Lips.	3.
"	Aug.	"	35.
"	Sept.	"	37.
"	Oct.	"	36.
"	Nov.	"	30.
"	Mai	Progr. Decani Communitatis studii.	9.
"	Jan.	"	13.
"	Juni	Progr. Decani et Consilii facult. bonar. art.	17.
1632.	Apr.	Progr. Rectoris Acad. Lips.	4.

5.	1632. Mai.	Progr. Rectoris Acad. Lips.	6.
3.	"	Apr.	29.
3.	"	Mai	7.
1.	"	Juni	28.
19.	"	"	65.
40.	"	"	55.
27.	"	Juli.	59.
5.	"	Aug.	62.
49.	"	"	21.
32.	"	Sept.	56.
34.	"	"	38.
4.	"	Oct.	64.
3.	"	"	57.
6.	"	Nov.	67.
16.	"	"	8.
54.	"	"	19.
2.	"	Juli.	68.
18.	"	Juni.	74.
1633.	Progr. Christoph. Preibisii, Spotta Silesii Triga Poematum Friderico Mayr oblata a Georgio Crameri.		66.
16.	1634.	Apr. Progr. Decani Communitatis studii	76.
15.	1632.	Memoria Leonhardi Schwendendorfferi a Thom. Rego celebrata.	77.
12.	1633.	Progr. Guirini Schacher phil. et jurid. facult. Senioris.	78.
69.	"	Progr. Decani Communitatis studii philos.	
3.	1690.	Progr. L. Joachimi Filleri acad Lips. bibliothecari.	

Handwritten text, possibly a title or reference, mostly illegible due to fading.

182



GEORGIUS ERNESTUS,

DOMINUS à SCHÖNBURG, DOMINVS IN GLAVCHA, WAL-
denburg & Lichtenstein, Hæreditarius Dominus in Græslitz, &c.

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



*M*agno, hisce feriis, gaudio letantur, & spirituali exultant tripudio, quotquot in universo terrarum orbe reperiuntur fideles. Semen namq; mulieris, contritum caput Serpentis antiqui, à quo primi nostri parentes miserime decepti, & propterea aeternam mortem meriti erant, Gen. 2. v. 17. 3. v. 5. in intemera Maria semper-Virginis alvo à Spiritu Sancto conceptum, Luc. 1. v. 35. & circa hoc tempus, ante annos 1619. in lucem editum fuit. Semen illud, in quo omnes gentes benedictionem accepturas prædictum erat Gen. 22. v. 18. 26. v. 4. 28. v. 14. iisdem exhibitum est; ambulantes enim in tenebris lucem viderunt magnam, & super eos, qui habitant in umbra mortis, lux splenduit, Esa. 9. v. 2. Stella, quam ex Jacobo processuram asseruit Bileamus, Numer. 24. v. 17. apparuit, omnem hominem venientem in mundum illuminavit, Job. 1. v. 9. & adhuc in cordibus credentium oritur, 2. Pet. 1. v. 19. Schiloh, quem post ablatum è Juda sceptrum, & legislatorem à pedibus ejus, venturum, & salutare, quod in agone summo desideravit desiderio Jacobus Patriarcha, Gen. 49. v. 10. advenit, & pro tali à Simeone, è Spiritu Sancti revelatione, agnitum fuit, Luc. 2. v. 30. Aqua celestis adumbrata per eam, quam regius Propbeta David morti vicinus è Cisterna Bethleemi desideravit, 2. Sam. 26. v. 10. exhibita, omnes sitientes ad se vocavit & ad huc vocat, Esa. 55. v. 1. Justus, quem caelos rotare & nubes pluere, Ecclesia in veteri Testamento ingeminatis petiit suspiriis, Esa. 45. v. 7. de caelo descendit, Joh. 3. v. 13. & homo factus omnes laborantes & oneratos ad se vocatos suavissime refocillat, Matth. 11. v. 29. Signum quod Jehovah domui Davidis se daturum promisit, datum fuit: Virgo enim prægnans peperit filium, nomenq; ejus Immanuel vocavit, Esa. 7. v. 14. Virga, quam de semine Isai egressuram, & furculus, quem in diebus ejus nasciturum, super quem Spiritus Jehovah Spiritus sapientiae, intelligentiae, consilij, fortitudinis, scientiae & timoris Jehovah requieturus sit, prædixit Propbeta Esa. 11. v. 1. 2. egressus, & natus est, Luc. 2. v. 11. Germen justum, quod se suscitaturum Davidi pollicitus est Jehovah, Rex, quem prospere acturum judicium & justitiam facturum, annunciavit Propbeta Jerem. 23. v. 5. hebdomadibus 70. de quibus Daniel Propbeta, ad finem properantibus, cap. 9. v. 24. suscitatus accessit. Desiderium gentium, ante cujus adventum Jehovah caelum, terram, mare & aridum, nec non omnes gentes moturum se dixit, Hag. 2. v. 7. 8. à Simeone in ulnis gestatur, Luc. 2. v. 28. Sed nec letantur solum fideles; verum etiam conceptionem planè inauditam & nativitatem, omnem humani ingenij aciem longissime superantem admirantur, & propterea obstupescunt. Vbi enim aliàs secundum communem naturæ consuetudinem ex maris & femine commixtione, vigore primæ in paradiso factæ institutionis Gen. 1. v. 28. infantes nascuntur: Dominus novum creavit in terra, Jerem. 31. v. 22. Mulier virum circumdedit, h. e. interpretante Ambrosio in hymno suo: Non ex virili femine; sed mystico spiramine, Verbum DEI factum est caro, fructusq; ventris floruit, Et declarante Angelo Gabriele in responsione Mariae de modo quærenti data: Spiritus Sanctus venit super te & virtus Altissimi obumbrabit te, Luc. 1. v. 35. Vbi præterea omnes alij infantes non nisi ad aperta alvo miseram bujus vitæ lucem aspiciunt: Salvator noster eodem illoso, & ita non tantum à virgine conceptus, sed etiam natus fuit, Esa. 7. v. 14. Hinc admodum piè de inaudito & incomprehensibili hoc mysterio Adamus de S. Viçore in suo hymno ita cecinit: Splendor Patris & figura, se conformans homini, potestate non naturæ dedit virgini, Eva læctum, vitæ fructum virgo gaudens edidit, nec sigillum propter illum castitatis perdidit. Si crispallus sit humectatus, atq; soli sit objectus; scintillat igniculum, super tali genitura, litpet usus & natura, deficiq; ratio: res est ineffabilis, tam pia tam humilis Christi generatio. Ad eundem modum Ecclesia hodie cecinit: Ut vitrum non læditur sole penetrante, sic illæsa creditur post partum, & ante felix hæc puerpera, cujus clausa viscera, Deum genuerunt. Et Ambrosius: Fit porta Christi pervia referta plena gratia transitq; rex & permanet clausa, ut fuit per secula. Horum verborum sensum Explanator ita reddidit: Locus iste ex Ezechiele desumptus videtur, Enimvero hæc porta Propbeta ostensa, omnium confessione sacram insinuat virginem Mariam, quam Christus rex Israel & princeps regum terræ ingressus est, cum in ea conciperetur. Requiavit in ea novem mensium spatium, & demum ea est egressus sine læsione virginalis ejus integritatis. Et ergo convenienter perhibetur semper clausa. Ne autem propterea offendamur, quod mysterium hoc omnem humani ingenij aciem superet; Augustinus serm. 115. qui est in ramis palmarum, serm. 2. ita nos instruit: Sancta Maria, ut Virgo peperit, ita virgo conceptit. Qualiter hæc autem, quomodo salva Virginali integritate perfecta sint; credere magis, quam enarrare possumus. Eidei in his p[ro]f[er]tissimis divinis testimoniis pactum, Et Ecclesia similiter Antiphona: cuius initium est sapientia, quæ ex ore Altissimi prodisti, &c. querit: O virgo virginum, quomodo fiet istud! quoniam nec primam similem visa es, nec habere sequentem. Et respondet: O filia Jerusalem, quid me admiramini! divinum hoc est mysterium, quod cernitis. Quam responsionem explanator ita declaravit: Quomodo fiet istud, quod virgo sis & mater, quod virgo sis & puerpera! Stupet hæc natura, non capit hoc ratio, ignorat illud humana intelligentia. Tandem non possunt non facere fideles, quin altius secum persculantes, quæ admiranda hæc sua nativitate Filius Dei miserrimo generi humano attulit beneficia, in laudes erumpant & debitas & decentes, de quibus cum pro dignitate propter angustiam hujus pagelle agi nequeat; contenti hæc vice tantum erimus meditatione dicti illius Paulini, de quo paucis ab hinc diebus publica ad nos instituta fuit, in eod. enumerata beneficia, prioribus tantum, quod dicitur, labris attingemus. Considerandam se nobis primo intuitu exhibet in obsequia liberatio à lege. Peccaveramus nos omnes in Adamo, imaginè Dei miseramus, accusabamur propterea à lege, à Diabolo ad æterna supplicia traheremur: Filius itaq; Dei carnem nostram abjectissimam assumpsit, legi Dei se subjecit, & non passiva tantum, sed & activa quoq; obedientia pro nobis satisfecit, atq; ita jugum oneris, & virgam humeri, sceptrumq; exactoris confregit, ut q. paucis multa dicamus, à maledictione legis nos liberavit, Esa. 9. v. 4. 2. quæ sita sive in filios Dei adoptio. Factus quidem erat primus noster parens, ad imaginem Dei, Gen. 1. v. 27. Sed quia eam miserat, non amplius filios ad Dei imaginem gignebat, Gen. 4. v. 1. Hinc quia omnes in iniquitatibus concipiebamur, & in peccatis à matribus calefebamus, Psal. 51. v. 7. filij iræ dicebamus, & eramus, Ephes. 2. v. 3. adeoq; æternum nobis per eundem erat: Misera itaq; hæc nostra ineffabili commotus filius Dei per sanctissimam nativitatem suam nostram sanctificavit, potestatemq; omnibus in nomen suum credentibus filios Dei fieri, concessit, Job. 1. v. 9. Hujus beneficii diligentior considerationem inculcat nobis Apostolus Iohannes, quando 1. epist. cap. 3. v. 1. ita scribit: Videte, charissimi, qualem charitatem nobis dederit Deus, ut filij Dei nominaremur. 3. Est in v[er]bo donatio. Non enim tantum imaginem Dei miseramus; sed facti quoq; eramus foedissima immundorum spirituum habitatio. Filius igitur Dei cum Patre per nativitatem suam nobis reconciliatis, dedit Spiritum suum clamantem in cordibus nostris, Abba Pater, Rom. 8. v. 15. 4. In v[er]bo hæreditas vitæ & salutis æternæ. Non enim tantum titulum filiorum Dei nobis promeruit: sed hæredes quoq; simul omnium celestium beneficiorum nos constituit, si filij sumus, inquit Apostolus Paulus Rom. 8. v. 17. sumus etiam hæredes, hæredes quidem Dei; cohæredes autem Christi. Gaudemus itaq; & nos propter vaticiniorum divinorum impletionem, & suspiriorum atq; gemituum exauditionem; admiremur inaudite conceptionis & insolite nativitatis perfectionem; gratos nos ex imis cordis recessibus exhibeamus, propter innumerabilem beneficiorum exhibitionem, & cum beatissimis angelis & archangelis nostram extollentes vocem dicamus: Gloria sit Deo justissimo, qui pro peccatis satisfactionem requisivit: Gloria sit Deo verissimo, qui quod Patribus promisit, servavit: Gloria sit Deo sapientissimo, qui medium redemptionis, quod nulla ratio videre potuit, invenit: Gloria sit Deo benignissimo, qui filij sui salutifera nativitate tot beneficia nobis exhibuit. Ad hoc ut eo magis habeatur, depingi curavimus, ad quam auscultandum omnes & singulos, qui jurisdictionem nostram agnoscunt, & privilegii Academici uti frui cupiunt, frequenter convenire jubemus. Cum enim & Nos pars Ecclesie, & quidem præcipua simus, cum Nobis non tantum Sacrosancti purioris Doctrinæ depositum concredidum; sed etiam aliarum nobilissimarum facultatum, artium, & disciplinarum conservatio & propagatio commissa sit, cum insuper agnitio Christi, ad quam admirande conceptionis & inusitate nativitatis meditatio cum primis requiritur, reliquarum scientiarum omnium sit mater & regina: admodum probrosum esset ordini nostro literario, imò Nobis omnibus perniciosum, aliarum conditionum hominibus mysteriorum divinorum considerationem relinquere, & interea vel planè non necessariis, vel necessariis quidem, sed non convenientibus, vel etiam impiis & levibus, rebus aut cogitationibus vacare. Quin potius decet nos, ut omni impietatis specie relicta, omnibusq; mundanis curis & sollicitudinibus valere jusis solam solam divini bujus mysterij tractationem urgeamus, aliòq; non tantum imitemur, sed antevertamus quoq; & nostro exemplo pudorem ignavis incutiamus. Hoc ubi fecerimus, annum hunc rectè & piè finiemus, & instantem rectè & piè inchoabimus, quem ut Pater misericordiarum felicem, atq; irruptionibus bellicis & aliis incommoditatibus, liberum & immunem præstet, laboribus docentium & discipulorum ex alto benedicat, & nos vasa misericordiæ suæ esse sinat, precamur eundem per Christum, cui cum Patre & Spiritu Sancto sit laus, honor & virtus per infinita secula. Propositum feriis natalitiis annum inchoantibus 1619.

L I P S I Æ, T Y P I S L A M B E R G I A N I S, Excudebat Johann Esich.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

Das ist das
Büchlein, das
ich bei den
Lutherischen
Büchlein
gekauft habe



162

161

160

16

16

GEORGIUS ERNESTUS,

DOMINVS à SCHÖNBVRG, DOMINVS IN GLAVCHA, WAL-
denburg & Lichtenstein, Hæreditarius Dominus in Græslitz, &c.

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIE NSIS.

N Agno, hisce feriis, gaudio letantur, & spiritali exultant tripudio, quotquot in universo terrarum orbe reperuntur fideles. Semen namq; mulieris, contrituum caput Serpentis antiqui, à quo primi nostri parentes miserimè decepti, & propterea eternam mortem meriti erant, Gen. 2. v. 17. 3. v. 5. in intemerata Maria semper-Virginis aluo à Spiritu Sancto conceptum, Luc. 1. v. 35. & circa hoc tempus, ante annos 1619. in lucem editum fuit. Semen illud, in quo omnes gentes benedictionem accepturas predictum erat Gen. 22. v. 18. 26. v. 4. 28. v. 14. isdem exhibitum est; ambulantes enim in tenebris lucem viderunt magnam, & super eos, qui habitant in umbra mortis, lux splenduit, Esa. 9. v. 2. Stella, quam ex Jacobo processuram afferuit Bileamus, Numer. 24. v. 17. apparuit, omnem hominem venientem in mundum illuminavit, Job. 1. v. 9. & adhuc in cordibus credentium oritur, 2. Pet. 1. v. 19. Schiloh, quem post ablatum è Juda sceptrum, & legislatorem à pedibus ejus, venturum, & salutare, quod in agone summo desideravit desiderio Jacobus Patriarcha, Gen. 49. v. 10. advenit, & pro tali à Simeone, è Spiritu Sancti revelatione, agnitionem fuit, Luc. 2. v. 30. Aqua coelestis adumbrata per eam, quam recipit Propbeta David morti vicinus è Cisterna Bethleemi deservavit à Sam. 6. v. 16. bibita, omnes sitientes ad se vocavit & abducit, Joh. 7. de caelo descendit, Joh. 1. v. 9. viri domui Davidis se dat quam de femine Isai egredietur, scientiæ & timoribus Davidi pollicitus est, 70. de quibus Daniel Propbeta, mare & aridum, necrum etiam conceptionem Vbi enim alias secundum infantem nascuntur: Dominus novum creavit, Jerem. 31. v. 22. virum illum circumcecit, v. e. interpretante Ambrosio in hymno suo: Non ex virili semine; sed mystico spiramine, Verbum DEI factum est caro, fructusq; ventris floruit, Et declarante Angelo Gabriele in responsione Marie de modo querenti data: Spiritus Sanctus veniet super te & virtus Altissimi obumbrabit Te, Luc. 1. v. 35. Vbi preterea omnes alij infantes non nisi aperta aluo miseram bujus vite lucem aspiciunt: Salvator noster eodem illo, & ita non tantum à virgine conceptus, sed etiam natus fuit, Esa. 7. v. 4. Hinc admodum pie de inaudito & incomprehensibili hoc mysterio Adamus de S. Victore in suo hymno ita cecinit: Splendor Patris & figura, se conformans homini, potestate non nata a partum dedit virgini, Eva lactum, vite fructum virgo gaudens edidit, nec sigillum propter illum castitatis perdidit. Si crystallus sit bumecta, atq; Soli sit objecta; scintilla igniculus, super tali genitura, stupet usus & natura, deficitq; ratio: res est ineffabilis, tam pia tam humilis Christi generatio. Ad eundem modum Ecclesia hodie cecinit: Ut vitrum non læditur sole penetrante, sic illa creditur post partum, & ante felix becquerper, cujus clausula viscera, Deus genuerunt. Et Ambrosius: Fit porta Christi pervia reserta plena gratia transitq; rex & permanet clausa, ut fuit per secula, Horum verborum sensum Explanator ita reddidit: Locus iste ex Ezechiele desumptus videtur. Enimvero hac porta Propbeta ostensa, omnium confessione sacram insinuat virginem Mariam, quam Christus rex Israel & princeps regum terra ingressus est, cum in ea conciperetur. Requieuit in eam novum mensuratum spatium, & demum ea est egressus sine lachione virginis ejus in generationis. Ergo convenienter perhibetur semper clausa. Ne autem propterea offendamur, quod mysterium hoc omnem humani ingenii aciem superet; Augustinus serm. 1. 15. qui est in ramis palmarum, serm. 2. ita nos instruit: Sancta Maria ut Virgo peperit, ita virgo concepit. Qualiter bec autem, quomodo solus Virginali integritate perfecta sunt; credere magis, quam enarrare possumus. Fidei in hoc mysterio Antiphona cuius incipit, Et Ecce facta similiter Antiphona cuius incipit, & sapientia, que ex ore Altissimi proditi, &c.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Inches

Centimetres

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

et it suspis, Esa. 45. 2. Signum quod Joho- Esa. 7. v. 17. Virga, illigentia, consilij, for- um, quod se suscitatu- 23. v. 5. hebdomadibus Jehovah coelum, ter- nuntur solam fideles, ve- propterea obstupescunt. titutionis Gen. 1. v. 28.